



**Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

Indulgentiæ Concessæ visitantibus Crucem Ellensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

sanguinolenta prorsus facie, & oculus coruscis  
ita visum penetrantibus, ut absque lachryma-  
rum effusione, & commotione interna intueri  
nemo posset.]

Indulgentiæ Concessæ visitantibus  
Crucem Ellensem.

**N**os Ioannes, Dei & Apostolica Sedis gra-  
tia Episcopus Cirenensis, Sacrae Theolo-  
giae Professor, Reuerendissimi in Christo Patriis  
ac Domini Hermanni Archiepiscopi per Ciui-  
tatem & dioœcesin Colonensem in Pontificali-  
bus Vicarius Generalis, Vniuersis Christi fidelii-  
bus præsentes litteras inspecturis salutem semi-  
piternam & sinceram in Domino charitatem.  
Admirabile enim signum SS. Crucis, quod erit  
in cœlo cum Dominus ad iudicandum venerit,  
& per quod ipse mundum redemit, qui ligno  
perierat, nec non discipulorum gesta nos ad-  
monent, ut in pelago huius mundi surgente pro-  
cella ad lignum illud concurrere debeamus, hoc  
sane lignum deuote considerationis indagine  
contemplantes, & inter mentis arcana reuol-  
uentes, quod in illa mundi salus. Dignum quin-  
imo debitū esse censemus, ut sacratissima humi-  
modi miraculose redimita loca gratiōsis profe-

quamur impendere & indulgentiarum muneribus  
condecoremus. Et quia in Monasterio sanctimo-  
nialium in Ellen Ordinis Praemonstratensis de li-  
gno sanctissima Crucis solemnis continetur pars,  
qua certis diebus populo manifestius ostenditur:  
cupientes igitur ut Monasterium iam dictum in  
suis structuri & adificijs reparetur, conseruetur  
& manuteneatur, libris, calicibus & luminari-  
bus & alijs Ecclesiasticis ornamenti cultu pro-  
diuino requisita magis decentia fulciatur, mu-  
niatur, laudabiliterq; decoretur, congrue quo-  
que frequentetur, & ut Christi fideles eo liben-  
tius deuotionis orationisq; causa confluenter ad  
illud, ad reparationem, conseruationem manu-  
tenionem & munitionem huiusmodi prom-  
ptius manus porriganter adiutrices, quo ex his  
donis coelestis gratia uberiori conspexerint sere-  
fектos, omnibus & singulis Christi fidelibus pra-  
fatis vere p̄nitentibus & confessis utriusq; se-  
xus, quod in festiuitatibus subscriptis scilicet  
Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini  
nisi nostri, atq; Pentecostes, Inuentionis, Exalta-  
tionis S. Crucis, & in ostentione eiusdem nec-  
non in festiuitatibus Gloriosæ V. M. Conceptio-  
nis, Purificationis, Annuntiationis, Visitatio-  
nis, Assumptionis, Natiuitatis, & Presentatio-  
nis, B. Ioannis Baptiste, & Euangelista, & Bea-  
torum.

torum Apostolorum Petri & Pauli aliorumq;  
Apostolorum & sancti Thome Episcopi & Mar  
syris Patroni huius incliti Monasterij in dieq;  
dedicationis, & singulorum Altarium Mona  
sterij ipsius, & per octauas omnium festiuata  
rum prædictarum, nec non omnibus diebus Do  
minicis, ac quartis & sextis ferijs per totum  
annum deuotionis causa accesserint, ibidemq;  
diuina officia audierint, quinq; Pater noster  
totidemq; Ave Maria in eodem deuote dixe  
rint, vel orationes aliquas de aliquo patrono  
rum vel patronarum fuderint, aut qui dicto  
Monasterio pro sua fabrica aut structura de  
suis bonis à Deo sibi collatis manus porrexerine  
adiutrices, vel qui in extremis laborantes que  
que suarum facultatum legauerint aut dona  
uerint, munus quodcumq; legauerint aut dona  
uerint, legari seu donari procurauerint, qui cœ  
micerium ibidem circumierint pro omnium fi  
delium salute orationem Dominicam deuote o  
rantes, seu qui in serotina Campana pulsatio  
ne ter Ave Maria flexis genibus pie dixerint:  
roties, quoties aliquid præmissorum impleue  
rint, de omnipotenti Dei misericordia confisi, &  
Apostolorum eius Petri & Pauli, quadraginta  
dies indulgentiarum ex parte Reuerendissimi  
Domini Archipresulis huius Coloniensis, toti  
dem

dem nostra ex parte de iniunctis eis pænitentijis  
misericorditer in Domino relaxamus, quas in  
diebus Patronorum Patronarumq; singularium  
prædictarum ab ipsa die dedicationis in aug-  
mentationem maioris gratia duplicamus. Da-  
tum Colonia in domo nostræ solita residentia  
Anno Domini 1488. die vero 21. April.

XLIV. IN HEIMSBERG SVB SA-  
trapia Bilstein.

**S**Vb Satrapatu Bilsteiniano, in Wef-  
† Heims Sphalia pagus Heimsbergh est, ubi in  
bergēsis Ecclesiæ Parochialis S. Catharinæ me-  
multis tridionali latere, dicata SS. Crucis ara est,  
oblatio ad quam oua, butyrum, & quidquid a-  
nib. ho- gricolis siue ager siue penus domestica  
noratur suppeditat, magno numero, & pietatis  
sensu deferunt, non dubio vtique ar-  
gumento, multos ab hac S. Cruce, vitæ  
suæ, salutisq; ac fortunarum incremen-  
ta sensisse.

## XLV.